

*Summo Pontifici.*

Lugebat paulo ante, ut credi par est, dominicus grex orbatus pastore suo; in luctu et squalore versabatur grandis portio reipublicæ christianæ ob innumeras calamitates, quas tum ex peregrinis, tum intestinis ac domesticis bellis vel patiebatur jam præsentibus, vel multo graviores etiam imminentes formidabat. Nunc vero, posteaquam optatissimus advenit nuncius de optima electione Beatitudinis Vestræ ad summum pontificatum, illud profecto quod nos constantissime credimus et speramus affirmare etiam profiterique palam omnibus audebimus futurum: ut bene ac feliciter agere deinceps Dei clementia instituerit universa cum re christiana, ut sublata omni formidine, luctus et mœror omnis in verum gaudium perpetuamque lætitiã convertatur. Nam sanctæ hujus electionis si ratio diligenter consideretur, quam admirabile istud in oculis hominum fuit! aut quis tam provecta ætate longævus fruitur, ut meminerit ex tot præstantissimis patribus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus illum omnium votis præoptatum, qui tunc temporis ab romanâ Curia per tanta terrarum spatia absens degeret. Vere à Domino factum hoc esse quis dubitet? refulgebat sane atque conspicue fuerant tum singularis doctrina et animi artes, tum probitas et innocentia, quibus prædita esset Vestra Beatitudo, ut plane constat quidnam secutum sit in suo delectu Sacrum sapientissimorum patrum Collegium; sed alia ad hæc accessisse arbitramur longe majora et augustiora, quæ Dei mentem huc inflexerint, ut Sancti Spiritus afflatu sanctissimum hoc opus perficeretur. Nempe, summam pietatem et religionem, quarum utriusque incredibili studio et amore Sanctitatem Vestram semper flagrasse omnes pariter noverunt et prædicant, ea quidem opinione, ut ei nihil amplius antiquiusve fore existiment, quam ut pax vera et quies toto in orbe christiano constituatur; quippe qua nulla gratior hostia, nulla pinguior Summi Creatori victima offeri potest, ut facile speremus id sub Sanctitatis Vestræ providentissimo regimine successurum: quod a Christi fidelibus tantopere atque tamdiu desideratum est, ut omnes tandem unum corpus in Christo fiant. In hac igitur tam comunis lætitiæ causa, præter eam quam per universam ditionem nostram edidimus significationem, operæ pretium nobis visum est. Statim hisce litteris Vestræ Beatitudini pedes deosculari ipsi ex corde gratulantes supremam omnium dignitatem

pro incredibili modestia sua non quærenti, neque cupienti, miro omnium studio atque consensu delatam fuisse. Adeo Optimo Maximo vehementer optantes, ut ea sit dignitas in qua, per multos annos felicissime ipsa regnet, nominisque et pontificatus ejus honor et laus vigeant memoria et præmiis sempiternis.

Data in nostro Ducali palatio 1521, die 21 Januarii, indictione . . . .

*A dì 22.* La matina, vene in Colegio l' orator 265 di Franza, qual è il baron di Zeze, et comunichoe alcune lettere etc.

*Di sier Andrea Gritti procurator, provedador zeneral, et sier Polo Nani capitano di Bergamo, date a Roado vene lettere, sul tardi, di 20, hore 4.* Come havia auto aviso di Cremona da lo illustrissimo Lutrech, che a Zenoa erano zonti li lanzinesch 6000 et 400 lanze; et come monsignor Santa Columba con bon numero di zente era passato di là per andar non si sà dove, ma per far uno bon effecto.

*Di Brexa, di sier Hironimo da cha' da Pexaro provedador general di terra ferma....*

Da poi disnar, fo Consejo di X con la Zonta, 265\* et preseno di vender uno casal in Cipro chiamato . . . . . a . . . . . per ducati . . . . .

*Item,* preseno una gratia a uno scolaro bergamascho, chiamato . . . . . qual fo incolpado aver morto uno altro scolaro a Padoa bergamasco, et absente fo bandito di Bergamo et Padoa; unde el dà a la Signoria ducati 150, et sia asolto dil bando di Padoa solamente. Et cussi li fo fato la gratia, *ut in ea.*

Fu posto una altra gratia di sier Alvise Lombardo qu. sier Piero, qual fo retor a Legena e fo confinà in Caudia a . . . . vol donar ducati 100 et poter vegnir a repatriar. Non fu presa. *Item,* scriseno alcune lettere.

*Di Ferara, dil Duchà al suo orator, di 20.* Come ha di Fiorenza, di 15, che il cardinal Medici ancora non era zonto li, qual parti di Roma a di..., et che dubitavano non fusse stà preso, ovvero fosse andà in Spagna a trovar il Papa. *Item,* come fiorentini erano di mala voglia, et era stà preso nel suo Consejo di trovar ducati 80 milia, quali con tempo li scoderano; et hanno mandato fanti 1000 in Siena, ma si tien non intrerano, perchè il duca di Urbin con le zente li era vicino 6 mia. A i qual senesi li mandono oratori a dimandar quello el voleva. Disse voler meter quella terra in libertà et ducati 30